



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 80. De resecandis expensis coram Galliarum Rege actum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI

A C. 1561.

Civitatem veterem, seu Centum-cellas portubus, Ravennam vero validis propugnaculis, & aggeribus munivit, necnon Capitolii Palatium, Prætorium urbis Conservatorum, titulos, & Diaconias Cardinalium, omnesque alias Ecclesias ruinæ proximas reparavit: Typographiam quoque in Vaticano stabilivit, ut emendatius Patrum opera divulgari possent: porro hujus laboris curam, ac regimen Paulo Manutio Aldæ Filio, Viro apprime docto commisit: tandem nihil eorum prætermisit, quæ ad majorem Palatii Apostolici magnificentiam conferre possent, cui etiam plura nova adjecit cubicula, hortosque innumeris pene ornamentis locupletavit.

§. LXXX.*De refecandis expensis coram Galliarum Rege aëtum.*

Thuan. n. 7. Inter cuncta hæc negotia magis adhuc distentum tenebant Pontificis animum tumultus, ac civilia bella, quæ in Galliis ob Religionis dissidia agitabantur: ineunte enim hoc anno in Regis Senatu, ut populus immodicis vectigalibus, ac tributis oppressus levaretur, de sumptibus minuendis aëtum, decreta tumque fuit, ut nobiles Cubicularii, & alii familiae Regiæ domestici dimidia-

dia stipendiorum parte contenti essent, **Sæcul. XVI.**
pensionum etiam tertia parte detracta, **A.C. 1561.**
exceptis iis, quæ externis hominibus
tam in Regno, quam extra Regnum
quasi pro alimentis ex Regum liberali-
tate persolvebantur: unde occasione ob-
lata Navarræ Regi libellus porrigebatur,
in quo sigillatim plura petebantur, quæ
ad id collimabant, ut Italij, quorum
artes, atque avaritia cunctis rerum
gnaris, ac futuri providis suspectæ
erant, non modo cujuscunque generis
pensiones afferrentur, sed etiam tan-
quam exteri juxta Regni leges a digni-
tatis, atque officiis excluderentur,
necnon amplis, quæ in Galliis posside-
bant, beneficiis privati, tandem e Re-
gno excedere cogerentur. Attamen
Navarræ Rex veritus, ne id Regina
tanquam in contumeliam suam factum
interpretaretur, libellum in consilio re-
citari noluit, ut tamen insigni aliquo
exemplo minuendis sumptibus initium
faceret, auctor fuit, ut turmæ equitum
Scotorum dimitterentur: porro id eo
facilius obtentum fuit, cum illi tam
Belliduces, quam milites gregarii ma-
gnam partem Protestantium sectæ ad-
dicti essent, ac præcipue eorum Præfectus
Jacobus Hamiltonius Araniæ Comes, nu-
per ob Religionis caussam tam male à
Guisianis Principibus multatus fuisset.

I 4

§. LXXXII.